

*6.*  
I. N. J.  
*EXERCITATIO MATHEMATICA*  
*De*  
**CIRCULO SPHÆRÆ MAXIMO**  
**ZODIACO,**

**Venia Ampl. SENATUS PHILOSOPH.**

*Sub*

**P R A E S I D I O ,**  
*VIRI Clarissimi & Pl. Rever.*

**D N . L A U R E N T I I**  
**T A M M E L I N ,**  
**Math. Profess. Reg. & Ordin.**

In Athenæo quod Aboæ floret  
percelebri,

*Horis locoque solitis ad diem 6. Non. Mart:*

*A. M DCC VII*

*Placidae bonorum disquisitioni subjecta*  
*â*

**JOACHIMO CLEVE,**  
*Wib.*

---

**ABOÆ, Exc. Jo. WAL.**

*Georgius Liffman*

L N. J.

EXERCITATIO MATHEMATICA

DE

CIRCOLO SPHERICO MAXIMO

# ZODIAGO.

Venit Ampli Sphaera Philologiae

Sup

PRESIDIUM

Utrum Cuiuslibet A Pro Rebus

DNI LAURENTII

TAMMELIN

Misericordia Regis Origini

In Videlio dico Apotele

Brevis

Habent oculos lumen in oculis a Veneribus

A. MDCCLXII

Primum possest quendam habere

B

NON CHIOMO CTEA

WAG

Ufoz Erculaw

Ad

*Eximum Prestantissimumque  
Studiosum*

Dominico] JOACHIMUM CLEVE  
Wiburgensem,  
De ZODIACO,  
Specimen Academicum editurum,

GRATULATIO:



um super Te, Eximie Dominico] CLEVE  
intelligerem, exercitium Academicum de ZODIACO elaboratum  
disquisitioni publicae subjiciendum  
conscriptisse, non levi sanè gaudio affectus sum.  
Videbar euim fructum aliquem admonitione  
nunc mearum perceperisse, quibus eos, qui inspe-  
ctioni meae commissi sunt, ad honesta & utilia  
studia caepessenda, adhortari soleo. Quo-  
rum vix ulla sunt, quae utilitate superant Ma-  
thematica. Quibus debetur, si quid præclarum  
occurrat & inveniendum commendabile, ut paucis  
dicam, in cœlo & in terra. Hinc & sapientes  
olim Scholarum & studiorum moderatores,  
pueritiam, quæ artibus liberalibus dicata erat,  
antequam ad alia aggredieretur, studiis Mathe-  
maticis imbuendam voluerunt. Nota est Pla-  
tonis illa lex Academiæ vestibulo inscripta:

gdetis

χρήσις ἀγεωμέτρησις ἐίστει, & alterius Philosophi  
sophi Chalcedonii dictum haud incognitum,  
quod cuidam Mathesios ignaro, scholam suam  
frequentare volenti ingessit: οὗτος πάρεστις κό-  
πος & κνάπτεται. Quibus studiis cum & Te  
captum fuisse & eorundem specimen nunc edea-  
re velle intelligam, nam tu optimè tempus &  
otium hic tibi concessum collocasti. Factus  
enim hoc modo, ut alia commoda taceam, ea  
aptior promptiorque ad studia Theologica tra-  
ctanda, in quibus posthac vitam consumere  
Ecclesiæque aliquando prodesse constituisti.  
Quamquam alioquin inter hæc & illa ingens  
sit discrimen, ac diversissimis utraqve constent  
principiis. Institutum porro tuum, quo sacer-  
dotale olim occupare munus intendis, lices  
mibi non improbetur, consultius tamen Te  
facturum arbitratur, si propter μοναχίαν  
illam qua laboras, Mathematicis, quibus hacce-  
nus adsuevisti, quæque Reipubl. valde proficia  
sunt, totam vitam impenderes. Quomodo cum  
que vero res cadat, gratulor Tibi egregios in  
studiis laudabilibus progressus, gratulor tibi  
singularem, qua prædictus es modestiam, &  
morum integritatem. Opto insuper ut utro-  
rumque horum condignum præmium quan-  
tocyus Te maneat. Vale!

MATTHIAS SWEDER,



**A**ND effugiendam omnem  
præsentis argumenti du-  
oχολίας & rotundioris οὐ-  
Φηνέιας gratia, in initio  
statim etymologia vocis  
expendenda venit. Agnoscit verò Zodia-  
cus geminam sui nominis derivationem,  
vel ἀπὸ τῆς φωνῆς ἡ vita, quia ejus beneficio,  
proper continuum motum planetarum  
sub hoc circulo, ordinatore DEO, vita  
suppeditur hominibus, & omnibus in-  
ferioribus; vel à ζῳον animal, idque du-  
plicem ob causam, i. propter convenien-  
tiā imaginum, quia stellæ in cœlo vi-  
dentur ita quasi esse dispositæ, ut hujus  
vel illius animalis repræsentent figuram,  
v.g. sydera in ea parte Zodiaci quæ Vir-  
go dicitur, hominis supini prostrati ima-  
ginem referunt, item stellæ, in ea parte  
quæ à Sagittario denominatur, expri-

A

μουτ

munt quodammodo virum, qui ex arcu  
tenso sagittam jaculatur. &c. II. Constel-  
lationes illæ (ut volunt Astrologi) ha-  
bent proprietates communes illis ani-  
malibus, à quibus denominationem su-  
scipiunt. Sic Aries est animal calidum,  
ideoque sol ad hoc signum perveniens,  
incipit calorem suum de promere. De-  
inde sequitur Taurus, & sicut hoc ani-  
mal fortius est ariete, sic etiam sol in si-  
gno Tauri existens maiores vires exer-  
ceret, vel etiam dicitur Taurus propterea,  
quoniam tunc incipiunt apparere labo-  
res boum seu Taurorum, nimirum sege-  
tes. Gemini dicuntur, quia tunc calor so-  
lis quasi geminatur. Quartum signum  
appellatur Cancer, quoniam Sol tunc  
more Cancri retrogredi, & à nobis dis-  
cedere incipit. Quintum Leo, nam sicut  
Leo omnium animalium est fortissimus;  
ita quoque Sol in Leone existens, for-  
tissimum inducit calorem. Sextum Vir-  
go, quia sicuti virgo sterilis est, ita quo-  
que Sol tunc nihil amplius de novo pro-  
ducit, sed producta maturat. Septimum

Libra, quia tunc noctes atque dies tamquam in libra & statera librantur. Octavum Scorpius, quoniam sicut Scorpius cauda pungit, ita isto quoq[ue] anni tempore, frigora incautos pungere solent. Novum sagittarius, quoniam tunc pluviae atque imbræ instar sagittarum decidunt. Decimum Capricornus, quia sicut caper ad arbores & frondes sese erigit, ita quoque Sol in hoc signo iterum ad nos incipit ascendere. Undecimum Aquarius, quoniam tunc aquæ pluviarum abundant. Duodecimum Pisces, quia Sole in piscibus morante, ita frequentes existunt pluviae, ut omnia veluti pisces natare videantur. Verum qui ulteriorem harum rerum etymologicarum expositionem, signorumque cœlestium cum animalibus configurationem, proprietatum pariter & effectuum similitudinem scire avet, adeat Astrologos judiciarios, nos de hisce rantum *ως εν τη γερασει*.

## §. II.


Duplici ratione accipitur signum apud Mathematicos, vel pro sextâ, vel du-

odecimā parte Zodiaci. *Priori modo* dicatur signum Physicum & naturale, præterea quod naturaliter quodammodo si-  
ne operoso adhibito artificio, circulus  
omnis in sex partes æquales dividitur,  
& semidiameter cuiusq[ue] circuli est latus  
Hexagoni æquilateri in eo delcripti, ut  
ostendit Euclid. lib: 4. pos. 15. & talibus  
signis utebantur antiquiores Astronomi,  
ut videre est apud Alphonsum Regem  
Hispaniæ & alios, in componendis tabu-  
lis motuum. *Posteriori modo* accipitur si-  
gnum, pro dimidiata parte signi physi-  
ci, diciturque signum commune, & sic  
in Zodiaco sunt 6. signa physica, 12. vero  
signa communia. Voluerunt autem re-  
centiores duodenario numero in divi-  
sione Zodiaci uti I. quoniam 4. sunt Ele-  
menta, ex quibus omnia generantur, &  
unumquodque eorum triplicem involvit  
respectum suorum terminorum, videli-  
cer principii, medii & finis; res item  
generabiles generantur primum, deinde  
conservantur, tertio corruptuntur. Si  
ternarium horum terminorum nume-  
ru[m]


rum multiplicare lubet cum quaternario elementorum, duodenarium efficient, quorum ordinem & numerum sequentes exprimunt versus:

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libra, Scorpis Arcitenens, Capr, Ampbora,  
Pisces.*

hæc signa apud Uranologos sequentibus Charakteribus continuo ordine ab occa, su versus ortū numerando exprimuntur.



*Aries, taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.*



*Libra, Scorp. Sagitt: Capric: Aquar: Pisces.*

Hæc signa elegantissime describit Manilius duodecim carminibus, in quibus quoque exprimit ordinem & nomina, quomodo in globo cœlesti depingi solent.

*Aurato princeps ARIES in vellere fulgens,  
Respicit admirans adversum surgere TAURUM,  
Submisso vulnu GEMINOS & fronte vocantem:*

Q<sup>o</sup>s sequitur CANCER, cancrum LEO: VIRGO  
Leonem,

Aequato cum LIBRA die cum tempore noctis,  
Aerahit ardenti fulgentem SCORPION astro,  
In cuius caudam contenzum dirigit arcum;  
MIXTUS EQ<sup>o</sup> volucrem missurus jamque  
sagittam,

Invenit angusto CAPRICORNUS sidere flexus,  
Post hunc inflexam diffundit AQUARIUS  
urnam,

PISCIBUS affuetas avide subeuntibus undas,  
Quos ARIES tangit elaudentes ultima signa.  
Ex duodecim his signis Zodiaci, ele-  
menta juxta triplicem supra dictum ter-  
minum, terna signa obtinent: igni dede-  
runt judicarii Arietem, Leonem, Sagit-  
tarium, quoniam hæc tria sunt calida &  
sicca ut ignis. Aëri assignarunt Gemi-  
nos, Libram, Aquarium: nam hæc tria  
signa veluti aër, calida & humida exi-  
stunt. Aquæ adscripserunt Cancerum,  
Scorpium & Pisces: quod hæc tria signa  
sint frigida & humida veluti aqua. Terræ  
denique concederunt Taurum, Virginem  
& Capricornum, propterea quod tria  
hæc

hæc signa frigida sunt & sicca ut terra.  
Ut autem scias quænam signa ad quodlibet elementum pertineant, erige in manu quatuor digitos, & numera secundum seriem signorum unicuique digito tria signa adpropriando, ita fieri, ut tria signa cadentia super primum digitum tribuantur igni, reliqua reliquis, quorum ordinem intueri licet in sequenti tabellâ.

Igneæ.	Terrea.	Aërea	Aquea.
Cholerica.	Melanchol.	Sangvin.	Phlegmat.

## §. III.

**A**ltera ratio duodenariæ in Zodiaco divisionis, est temporum notabilis diversitas ex motu solis obliquo, quæ duodecies in anno variat; imprimis sunt quatuor vulgatæ satis & præcipuæ partes, Ver. Æstas, Autumnus, Hyems. Ver  
humi-

humidum est & calidum, aestas calida  
 & sicca, autumnus siccus & frigidus.  
 Hyems denique frigida & humida. Hi  
 quadrantes diversum signorum iuol-  
 vunt respectum, primus initium sumit  
 à primo gradu ~~et~~, finemque habet in  
 extremitate ~~et~~ vel primo gradu ~~et~~, se-  
 cundus à primo gradu ~~et~~ incipit, desi-  
 nitque in fine ~~et~~, seu primo gradu ~~et~~,  
 tertius orditur à primo gr: ~~et~~, terminus  
 autem ejusdem in fine ~~et~~ vel primo gr:  
~~et~~, quartus principium habet in primo  
 gr: ~~et~~ finem in ultimo gr: ~~et~~ vel initio  
~~et~~. Sed in qualibet horum temporum  
 vicissitudine tres adhuc manifestæ diver-  
 sitates cernuntur. Principium enim di-  
 cit Clavius, medium ac finis ejusvis iho-  
 rum temporum non sunt ejusdem prorsus com-  
 plexionis, extrema siquidem unius cuiusque,  
 commune quid habent cum complexiōnibus tem-  
 porum vicinorum, unde licet ver sit calidum  
 atque humidum, non tamen quævis ejus pars  
 equaliter est calida & humida, principium enim  
 ejus propter propinquitatem hyemis præseriat,  
 quia humida etiam est & non calida, magis hu-  
 midum

midum est quam calidum, medium vero tempe-  
 rate humidum & calidum, finis denique ob vi-  
 cinitatem æstatis futurae qua calida quoque  
 est, non autem humida, magis calidus existit  
 quam humidus. Eadem quoque ratio est  
 habenda de reliquis tribus anni quadran-  
 tibus, quocirca non insulse Astrolophi  
 quemlibet Zodiaci quadrantem in tres  
 alias partes æquales distribuerunt, quæ  
 essent tres mansiones solis in tribus par-  
 tibus cuiuslibet horum quatuor tempo-  
 rum. Tertia ratio sumitur ex duodenaria  
 Lunæ cum Sole conjunctione & op-  
 positione, ( quamvis si accurate loquen-  
 dum, tredecies luna totum Zodiacum an-  
 nuo spatio percurrat ) quare voluerunt in  
 tot partes Zodiacum Astronomi divide-  
 re, & non in plures paucioresve, quoniam  
 etiam ex diverso aspectu lunæ ad solem,  
 temporum intervalla minora discernun-  
 tur, tempus enim ab una conjunctione  
 ad alteram dicitur mensis, à conjunctio-  
 ne ad oppositionem, & ab oppositione  
 ad conjunctionem, dimidiis mensis, à  
 conjunctione & oppositione ad lunam

semiplenam, septimana. Quarta ratio  
oritur ex nobilitate & præstantia nume-  
ri duodenarii, est enim numerus duode-  
narius inter omnes primus, qui habet  
diuiniciatam partem, tertiam, quartam,  
sextam & duodecimam, quæ apprime  
respondent aspectibus syderum, de qui-  
bus in Theoricis planetarum agitur: di-  
midiata enim parte, designatur aspectus  
diametralis seu oppositio, tertia aspectus  
in trigono, quarta in quadratura, sexta  
in sextili sive hexagono.

#### §. IV.

Partem quamvis Zodiaci duodenariam,  
Artifices diviserunt in 30 alias partes,  
quas gradus vocant, à quotidiano fortas-  
se solis aliorumque Planetarum progres-  
su, gradatim enim & quasi gradiendo per  
has partes Zodiacum perambulant, 30  
vero gradus cuilibet signo attribuebant,  
ideo quia sol 30 tere dies consumit in in-  
tegro absolvendo signo communi, uno-  
quoque die integrum propemodum gra-  
dum confiendo. Unde quoniam in Zo-  
diaco

diaco sunt 12 signa, si 12 per 30 multiplicentur, provenient 360, quot videlicet gradus in toto Zodiaco continentur. Hi vero non semper integri sub calculum cadunt, siquidem raro fit, ut integrigradus sine annexis partibus dari possint: ideoque Astronomi modum excogitarent, quo compendiosissime & exactissime datorum quorumlibet partes annexas numeris exprimerent, ideoque quodlibet integrum resolverebat, in partes 60, quas vocant minuta seu scrupula prima, tale primum iterum in 60 partes, quas vocant minuta secunda, quodlibet secundum in 60 partes, quas minuta tertia vocant, quodlibet tertium in quartum, quodlibet quartum in quintum &c. & sic conseqventer, donec particularum reliquarum quantitas pro ratione rei subjectæ tam exigua fuerit, ut in numerando rationem amplius notabilem non habeat. Si igitur vis scire quot minuta sunt in Zodiaco, multiplica 360 gradus per 60 & habebis 21600 minuta prima, hunc numerum iterum multiplica

per 60, & erunt 1296000 minuta secunda, perge adhuc multiplicatione per 60, & invenies 77760000 minuta tertia, donec tandem totus Zodiacus minuta decima contineat 217678236000000000000, atque in has minutissimas particulas Zodiacum diviserunt Astronomi ut summam præcisionem in loco & motu solis aliorumque planetarum conseqverentur. Sexagenaria autem hac divisione maluerunt potius utri quam alia, quoniam Zodiacus naturali ratione veluti omnes alii circuli, dividitur in 6 partes æquales, quæ signa naturalia appellantur, quodlibet signum seu sextantem Zodiaci parti lunt in 60 partes æquales, ideo quia numerus sexagenarius inter omnes numeros perfectos, qui constituuntur ex partibus suis aliquotis est primus, habetq; quandam cum sexagenario affinitatem, cum ipsum decies metiatur, pariter sexagenarius quoque numerus agnoscit partes dimidiatas tertias, quartas, quintas & sextas bis enim 30 sunt 60 pariter ter 20: quater 15: quinquies 12: sexies 10: dant omnes 60.

## §. V.

**A**naximandrum Milesium fuisse pri-  
mum inventorem Zodiaci, referunt  
**Clavius** & **Alstedius**, suffulti au<sup>r</sup>toritate  
**Plinii**, is enim diurna experientia ob-  
servavit, planetas singulos in suis sphæ-  
ris propriis motibus ab occidente in ori-  
entem, non retinere eandem elongatio-  
nem, sed interdum recedere ab æquino-  
tiali circulo, modo in hemisphærium  
septentrionale, modo in meridionale, cer-  
ta tamen ac determinata distantia; in-  
terdum redire ac accedere ad æquato-  
rem, eandem semper viam observantes,  
& illum motum esse contrarium motui  
primi mobilis, diversosque habere polos  
manifestis indiciis deprehendit, firma-  
mentum enim cum omnibus stellis fixis  
24 horarum spatio, ab ortu in occasum  
super polos æquatoris distantes à polis  
Zodiaci grad: 23,30. movetur. ideoque no-  
tarunt in Cœlo Astrosophi circulū maxi-  
mum, quem Zodiacum appellant, ut  
esset via omnium planetarum & cingulus

secundi motus, quemadmodum æquator existit cingulus primi motus. Observandum autem, quod omnes alii circuli qui in cœlo habentur, concipiuntur veluti lineæ seu circumferentiæ indivisibiles secundum latitudinem, solus Zodiacus intelligitur habere latitudinem 16 graduum, vel secundum recentiores 20 gr. idque propterea ut sit σημειοφόρος, & eo melius contineat intra se figuræ atque nomina signorum, & ut irregulararem planetarum motum includat. nam Planetæ quidem omnes sub Zodiaco moventur, sed non uno eodemque modo: sol in medio graditur, vocaturque ejus via Ecliptica, reliqui vero à medio deviant, nunc in septentrionem, nunc in meridiem, ad 8 vel 10 gradus, habetque illa ratione Zodiacus superficiem in latitudine 16 vel juxta alios 20 graduum. Ab Aristotele & Ptolemæo vocatur hic circulus λοξὸς κύκλος circulus obliquus. voluit enim DEUS naturæ auctor, ut hac ratione I. haberentur vicissitudines temporum, nam propter motum solis sub

sub hoc circulo obliquo, ver, æstas, au-  
tumnus & hyems efficitur, diesque ar-  
tificiales interdum noctibus æquales, in-  
terdum breviores, interdum longiores  
redduntur. Si enim Zodiacus non esset  
obliquus, nulla varietas temporum ex-  
isteret, eo quod sol semper eandem ha-  
beret distantiam à vertice capitis. II. pro-  
pter diversitatem effectuum, si enim  
Zodiacus non esset obliquus, semper  
idem producerentur effectus, planetis  
nullo accessu recessuq; gaudentibus.

## §. VI.

**N**unc videndum ulterius, cur posue-  
rint auctores initium Zodiaci in pri-  
mo gr: ☽ circa æquinoctium vernum,  
non vero in alio aliquo puncto circuli  
signiferi. Factum hoc est I. afferente Pro-  
lemæo, quia tunc incipit tempus ac-  
commodatissimum generationibus, &  
ut Ovid. lib. i. Fast.

*Omnia tunc florent, hunc est nova temporis ætas,  
Et nova de gravido palmine gemma sumet.*

**C**irca æquinoctium vero autunmale sole  
ingre-

ingrediente primum gr: 5<sup>z</sup>, incipit tempus priori contrarium, vernalis atque aestivales festivitates depascens, ideoque rerum corruptionibus accommodatum, tunc enim arbores floribus depilantur, & singula bruma appropinquans immitti frigore torrere incipit. Accedit quoque secundum Ptolemæum, quod sole occupante signum ♈, incipit ver seu tempus humidum, primæ animalium ætati maxime conforme; deinde subeunte sole signum ♉, incipit æstas sive tempus calidum, secundæ animalium ætati conveniens; perveniente postea sole ad signum ♊, autumnus incipit seu tempus siccum, quod tertiae ætati animalium congruit; existente, denique sole in signo ♋, incipit hyems, hoc est, tempus frigidum, quod quartæ ac ultimæ ætati animalium convenit. Solent enim Physiologi animalium ætates in quatuor periodos dividere, in prima ajunt dominari humiditatem, ut cernere licet in pueris, in quibus meracissimi sanguinis ebullitio, turgido peritus spiritu, corpus inquietum

tum animumque instabilem facit. In se-  
cunda caliditatem, ut in juvenibus &  
adolescentibus, in tertia siccitatem, ut in  
viris, in quarta frigiditatem, ut in seni-  
bus, in quibus corpus defectum viribus  
langvet, ingenium hebetata intelligendi  
acie stupet. Verum hæc Ptolemæi ratio  
non procedit in omnibus mundi regio-  
nibus, sed tantum in plaga septentriona-  
li, nam etsi habeat quidem etiam pla-  
ga australis vicissitudines temporum,  
sunt tamen illæ non in iisdem, sed in si-  
gnis septentrionalibus diametaliter op-  
positis, ita nobis incipit ver in ~~α~~, illis  
in ~~δ~~, nobis æstas in ~~ε~~, illis in ~~γ~~. Ex-  
cusat tamen Ptolemæum Clavius his  
verbis: non est parvi pendenda hæc ratio,  
cum, quia Ptolemaeus & alii Astronomi, qui  
bisce signis nomina imposuerunt, & ordinem  
inter ea statuerunt, in regionibus que ab  
equatore in septentrionem deflectunt, habita-  
runt, ut mirum non sit, eos rationem habuisse  
hujus partis sphærae septentrionalis, in qua  
mirum cursus syderum obseruarunt, sum  
etiam quia pars septentrionalis dignior est

ac nobilior parte australi, quod satis indicat  
structura ac dispositio universi, est enim pars  
septentrionalis dextra, quoniam est semper  
soli exorienti supra horizontem quemcunque  
ad dextram, australis vero eidem ad sinistram:  
quod etiam ex eo constare potest, quod pars cae-  
li septentrionalis, multo pluribus stellis prope  
arcticam est exornata quam australis, cum  
prope polum antarcticum nulla stelle existant.

II. Initium Zodiaci recte collocari in  
primo gr: ~~¶~~, probatur ex intuitu qua-  
tuor punctorum cardinalium, qui an-  
num dispertientur in totidem quadran-  
tes, suntque principium ~~¶~~ ~~¶~~ ~~¶~~ ~~¶~~,  
ex hisce sedibus principalioribus, quae &  
æquinoctia & solstitia anniversaria infe-  
runt, merito eligendum fuit Astronomis  
locus, in quo, cum Zodiaci, cum anni  
Astronomici constituerent initium. jam  
puncta solstitialia non adeo commoda vi-  
debantur ad hoc negotium, quia brevis-  
simos parallelos describunt, & maxi-  
mam faciunt dierum & noctium inæqua-  
litatem, ergo puncta æquinoctalia: in  
his enim mundi oculus gradiens æqua-  
liter

liter distat ab utroque polo, parallelum  
 que describit maximum, dies æquat no-  
 tibus, producit maximam temperiem,  
 & conspicitur 24 horarum spatio. Inter  
 hæc vero puncta initium ~~est~~<sup>et</sup> nobilius est  
~~est~~, ut supra dictum, quia constituit ver  
 in septentrione, quæ præstantior est pla-  
 ga australi, idcirco merito annum ex hoc,  
 tamquam cardine principali, auspicari  
 decuit. Quod concernit ad initium anni  
 civilis in Calendariis nostris, sumitur il-  
 lud non ab æquinoctio verno, sed solstitio  
 brumali, quod olim circa initium Januarii  
 contingebat, idq; propterea, quia initium  
~~est~~ est finis descendenteris, & principium  
 ascenderis semicirculi, est quoque finis  
 recessus solis, ac principium accessus  
 ejusdem ad nos, est finis decrementi die-  
 rum ac incrementi noctium, & initium  
 versa vice incrementi ac decrementi  
 earundem. Nos Philosophi Christiani  
 possumus etiam addere hanc causam,  
 quia circa solstitium brumale, ad æternas  
 gehennæ depellendas tenebras, nasci vo-  
 luit Salvator mundi Christus JESUS in  
 secula benedictus. C 2

## §. VII.

**I**n medio Zodiaci est via regia solis sive κύκλος διὰ μέσων ἡωδίων, quæ Ecliptica nuncupatur, ab ἐκλέπτει deficere, quoniam in, aut prope illam fiunt Eclipses sive passiones luminarium, describiturq; in cœlo hac ratione: concipiatur linea recta à centro terræ egrediens, per centrum corporis solis usque ad primum mobile, & relinquens post se vestigium, tum ex motu annuo solis ab occasu in ortum describetur Circulus, cuius circumferentia in primo mobili existens hodie appellatur Ecliptica, sive orbita solis. Quod vero sol eodem modo iisdemq; terminis, constanter ab æquatore recedit semper, sine aliqua, quocunque tempore, mutatione, oblervarunt Astronomi i. Quoniam sol in eodem climate singulis annis juxta idem horizontis punctum oritur & occidit, quando eadem signa & gradus ḥωδεκατεμορίx perambulat. 2. Videbant umbram meridianam statis anni temporibus perpetuo esse

esse eandem, nempe in solsticiis & æquinoctiis semper æqualem, ita ut in uno solsticio & æquinoctio nunquam vila sit major vel minor quam in altero, neque in quocunque puncto alio Zodiaci, verum quotannis æquales in æqualibus signis projicere umbras. 3. Maximam declinationem solis perpetuo esse æquulum graduum, instrumentis probatis colligebant, quoniam sol in principio & existens, nunquam uno anno maiorem visa est habere declinationem, quam alio. Hinc infallibiliter colligebant, solem semper in circulo Ecliptico constanter moveri, & centrum ejus ab illo nunquam declinare, vel dextrorum, vel sinistrorum. Secus se res habet cum aliis planetis, qui omnes quidem ab occasu in ortum tendunt, sed non cum sole per Eclipticam, sed evagantur nunc in septentrionem, nunc in austrum seu meridiem, mira varietate, sed constanti tamen & singulis peculiari ac propria à DEO in prima creatione indita.

## §. VIII.

Inter primaria officia Eclipticæ, non  
minimum est, determinatio latitudi-  
nis omnium stellarum punctorumque  
cœli: nam sicuti ab æquatore numera-  
tur astrorum declinatio, ita ab Eclipti-  
ca latitudo, & quoniam circa hanc do-  
ctrinam, non exiguum offendere solent  
tyrones difficultatem, paulo fusius ergo  
illam explicabimus. Differentia latitudi-  
nis stellarum & declinationis in hoc con-  
sistit, quod latitudo sit distantia hujus  
vel illius puncti Cœli ab Ecliptica, de-  
clinatio vero distantia ab æquatore:utra-  
que autem distantia est duplex, vel se-  
ptentrionalis, vel meridionalis, nam stel-  
læ tam ab æquatore, quam Ecliptica,  
nunc in boream, nunc in meridiem de-  
flectunt. Latitudinem metiuntur astro-  
nomi circulo maximo, qui per polos Zо-  
daci & per centrum stellæ ducitur, un-  
de latitudo stellæ ita definitur: *Latitudo*  
*stellæ est arcus circuli maximi, qui per Zodia-*  
*ci polos & per centrum stelle incedit, interce-*

pius

pars inter Eclipticam & verum locum stellæ.  
 Gradus autem Eclipticæ, per quem cir-  
 culus latitudinis transit, est gradus lon-  
 gitudinis stellæ, quia longitudo stellæ  
 nihil aliud est quam arcus Eclipticæ ab  
 initio ~~et~~, usque ad circulum latitudinis  
 stellæ s.s.s. computatus. Declinatio vero  
 stellæ mensurari solet circulo maximo,  
 per polos mundi & centrum stellæ in-  
 cedente, sicque definitur: *Declinatio stellæ*  
*vel gradus Ecliptice est arcus circuli maxi-  
 mi, per mundi polos & centrum stellæ, seu gra-  
 dum Ecliptice propositum incidentis, interceptus  
 inter æquatorem & stellam seu gradum Ecli-  
 ptice.* Nullum autem cœli punctum, nul-  
 lumque sydus, ab æquatore & Eclipti-  
 ca recedere potest ultra quadrantem cir-  
 culi, ideoque & latitudo & declinatio se  
 extendit usque ad 90. gr: unde fit ut ma-  
 ximam latitudinem habeant poli Zodia-  
 ci, maximam autem declinationem po-  
 li mundi. Hinc itaque ὁΦθαλμοΦανῶς  
 colligere licet i. aliquas stellas habere  
 declinationem, nullam autem longitudi-  
 nem, utpote quæ præcise sub Ecliptica  
 collo-

collocantur. 2. nonnullas stellas habere latitudinem, non vero declinationem, videlicet stellæ in æquatore. 3. Nonnunquam carere & latitudine & longitudine, ut sol tempore æquinoctiorum, 4. astra habere & latitudinem & declinationem septentrionalem, quæ nimis ab æquatore & Ecliptica in boream deviant. 5. habere & latitudinem & declinationem australis, utpote quæ ab Ecliptica & æquatore in austrum recedunt. 6. perplurima astra obtinere latitudinem septentrionalem & declinationem australis, puta inter æquatorem & eam Eclipticæ medietatem, quæ ad austrum vergit. 7. Perplurima quoque latitudinem australis & declinationem septentrionalem, utpote inter æquatorem & medietatem Zodiaci borealem.

## §. IX.

**R**eliqua officia Eclipticæ sunt, 1. dividere cœlum stellatum in duo hemisphaeria, quorum illud quod inter Eclipticam & polum Eclipticum boreum in-

terjicitur septentrionale, quod vero in-  
ter Eclipticam & polum Eclipticæ au-  
stralem intercipitur, meridionale appel-  
lari sivevit. 2. Eclipses luminarium præ-  
cipue solis & lunæ ostendere, in enim,  
aut prope Eclipticam deliquia fieri so-  
lent. Solis, cum luna in conjunctione  
cum sole sub vel prope Eclipticam exi-  
stir, lunæ, cum diametraliter opponitur  
soli, & extra Eclipticam non vagatur,  
in umbra terræ consistens. 3. Est norma  
& regula motus secundi, sicut enim per  
æquinóctialem circulum cognoscitur mo-  
tus stellarum diurnus ab ortu in occa-  
sum, ita per Zodiacum, quanto tempo-  
re stellæ fixæ & planetæ, qui secundum  
obliquitatem Zodiaci feruntur, motus  
proprios ab occidente in orientem ab-  
solvunt, percipitur. 4. Obliquitate sua  
est causa annuæ vicissitudinis tempo-  
rum & in æquitatis dierum ac noctium  
5. Ostendit stellarum atque planetarum  
vera loca in Zodiaco, videlicet, in quo  
signo aut gradu signi sint posita. Ve-

rum hic pedem figimus, & sufficere  
 pauca hæc quæ in publicæ vicem speci-  
 minis adduximus, Lectori Candido spe-  
 ramus, prohibet enim hanc materiam  
 difficilem ulterius vel illustrare, vel expli-  
 care. 1. perturbatus Patriæ status, ob in-  
 cursiones & minas quotidianas hostiles,  
 inter spem metumque fluctuans 2. tem-  
 poris angustia & inquietudo, una enim  
 & artis & martis exercitūs vacare in-  
 junctum fuit. 3. Defectus subsidiorum,  
 qui non minimam in opella hac elabo-  
 randa remoram injecit, 4. Immaturum  
 ingenium & matura ruditas, tyro enim  
 adhuc sum, & leviter tantummodo in sub-  
 limioribus Mathematicorum demonstra-  
 tionibus exercitatus. 5. Parentum me-  
 orum egestas, in nupera enim & crudeli  
 obsidione Wiburgensi bonorum suorum  
 quoad maximam partem pati jaeturam  
 cum aliis infelicibus & sedibus suis tur-  
 batis civibus coacti fuerunt. Propter  
 enumeratas has causas, graves satis, spe-  
 ro me apud te, Benevole Lector, non  
 dif-

difficulter excusatum iri, si in scripto  
hoc, omnia tam enucleate non invenis  
posita ac curiosum tuum ingenium de-  
siderat. Ego miseram conditionem pa-  
triæ meæ carissimæ adspiciens, humili &  
sincero corde ingemino, imo dies no-  
tesque geminabo: DA PACEM DOMINE  
**IN DIEBUS NOSTRIS, QUA NON EST**  
**ALIUS QUI PUGNAT PRO NOBIS, NISI**  
**TU DEUS NOSTER!!**

Móra tñ Thñ Szózca.



WILHELMUS MOR

Morum concinnitate Literarumque cultura  
condecoratissimo Juveni

DOMINANICUS. JOACHIMO CLEVE,  
DE CIRCULO COELESTI,  
Solerter differenti, Amico Integer-  
rimo.

**Q**uid spectasse juvat spatiis sidera  
celi,

Quid valet et bereas scandere sicq; domos?

Quis lustrare anni volventia tempora misus,

Obliquat qua se Circulus astra gerens?

Dum cernis rutilum, divina palatia, celum,

Displiceantne tibi dona eaduca soli?

Seilicet est aliquid didicisse fideliter artes,

Et versasse diu scripta librosque bonos;

Major at ille labor, mentem divinitus ornam

A pueris caelo sacrificasse suam.

Te id fecisse docent moderate tempora vite,

Mores egregit, culta Minerva Tua.

Hinc Tibi Amicorum dulcissima cura meorum,

Gratulor ingenii Nominis atque decus.

Quod superest vdeo Ti sint felicia cuncta,

Ut sis Aonii portio clara chorus!

Gratulabundus adplau-  
debat

JOH. NEELMAN.

In GRAPHICAM  
De ZODIACO  
Dissertationem,  
*Literassisimi*

DN. JOACHIMI CLEVE,  
Fautoris æstumatissimi.

Magnus purpureo diadema splen-  
duit Atlas,  
Atque suæ gentis gloria summa fuit.  
Credite, non similem Maurusia terra  
ferebat,

Quippe globū solus sustinet æthereum,  
Hunc nitidum mirus distingvit circulus  
axem,  
Signa Poli celsi qui duodena gerit.  
Cætera quid referam? nam quid notat  
astrifer arcus

Docta madus pingit, Candide CLEVE  
tua.

En! juvat obliquam bene delineasse fi-  
guram,

Nam lauro cingit, magnus Apollo  
comas.

Sic Theseo suo omnium exoptatis-  
simo medullitus bovet

SAMUEL DYCANDER.  
Phil, Cand.

Politoris Literature studio & morum  
elegantia prestantissimo,

DN. JOACHIMO CLEVE,

De ZODIACO Mathematice  
& eruditè differenti.

Cernitur ut celsi transcendere Regia cœli  
Tam vario lucis splendore notabilis, o-

Quas videt orbis opes vario sub climate  
Titan:

Haud secus & reliquos inter stellantis O-  
lympi

Ornatus varios & lucide corpora cœli,  
Prima tenet merito signorum flammæus ordo  
Zodiacus scindens obliquo tramite Zonas.  
Cujus in excelsō roseus sol ipse theatro  
Per duodena ruit cœli radiantia signa,  
Bissemis comprehens⁹ obeuntem mensibus an-  
num.

Hic solet in certas diducere tempora partes,  
Tempora nunc reddens nocturnis equa  
diurna

Nume

Nunc minimas laces, & maxima tempora  
noctis.

Hec quoque stelliferi monstrat via candida  
cæli

Cur vultum condas nigro velamine pœ-  
bus,

Et tegat ora soror sua densis luna tenebris.  
Nascitur hinc pariter veneranda scientia nobis,  
Unde vagis sepiem præposterus ordo Planetis,  
Astrorumque dices varie simul unde resul-  
tent.

Quorum dum celebris scriptor secreta revelas,  
Nobile prorsus opus profers conamine  
dextro.

Hinc Tibi pro meritis tribuentur semper ho-  
nores,

Donec & ingressus stellata palatia cæli,  
Cum stellis simili nitidas splendore, valero.

Animo quam Camena ex-  
peditor applaudit

JOH: LICENIUS.

శ్రీ లిచెన్సియస్

Ymagis amicis et amissis  
vobis  
Hoc duximus huiusmodi monachum sic cunctibus  
etiam  
Cuiusdam confratrum ergo servitio  
aut  
Et si quis autem sicut nos  
Valeamus pietate frumentis preciosis  
Gloria datur regnum beatitudinis et oblationis  
Vivendum est enim sanctis famulis Christi  
aut  
Quoniam quia consipicimus fratres fratres  
Vobis fratris vestris propriae communione  
genustra.  
Hoc duximus etiam monachis fratibus  
aut  
Duxit Christus fratres suos ad patrem eum  
cum filiis tunc misericordia patrum datus  
Animo datus castus ex  
peditione supplicandi  
Iohannes Ticeinus.